



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Lib. XXX. Torpedo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXX.

DE IIS QUÆ PER ALIQUOT PISCIIUM GENERA
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD PAULUM JOVIUM NUCERINORUM
EPISCOPUM.

ERAM omnino commentarium hoc de pisciculorū aliquot significacionibus, Paule Jovi deditissimè, deserturus, quod multa in ea piscium genera continebantur, ex quibus neminem atate nostræ fructum ullam colligere posse suspicabar: ita quæ fuerant olim piscium nomina, vulgo hodie desiderantur. Mecuebam vero labores in horum significacionibus meos minimè gratos ideo faveri: quia in nonnullis non satis mihi constabat, quæ ratione vel exemplo possent eorum imagines describi, quarum bona pars esset mortalibus ignota. Naturas quidem & significata, prout apud veteres aut heros veneram, facile poteram explicare, sed quorundam nomina tam Græca quam Latina, non videbar, ita posse reddere, ut in foro cetario quis possit hujus vel illius piscis speciem deprehendere. Quod si ea de causa hieroglyphica hæc conscripta sunt, ut eorum quis uti possit imaginibus, irritus hic plerumq; futurus certus videbatur: quoniam hoc præstare me posse minimè confidebam. Videbam ad hæc, multos qui provinciam hanc suscepissent, in tam multis hallucinari, fallique, eamq; controversiam de plerisq; piscibus tot ab hinc annis agitatam, eruditorum penè omnium defatigatis ingenii, adhuc sub iudice pendere, neque liquere prorsus, per varias non incuriosorum hominum opiniones, eorum multa quæ vel quotidie in mensam appellantur, quo fuerint apud Latinos aut Græcos nomine nuncupata. Postea vero quam eam te suscepisse provinciam intellexi, ut multa piscium genera, quo nomine apud veteres vocarentur, edoceres, in eam summi eruditione, quanta non alias unquam milleimo ab hinc anno floruit, facile consequamini, ut uniuscuiusq; piscis nomen ex vulgo redimere possimus, & oblitteratam penè hujusce rei scientiam per vos restitutam intueamur. Quare quod perdere destinaveram commentarium ad servari, te uno fretus, qui bonam eorum partem tam accuratè cæperis indicare, idq; tibi dedicandum duxi: ut si quid in eo esset, quo quis viri vellet, te potius quam me piscium magistrum agnosceret, & qua quisq; piscium faciendus esset edoceret, atq; ita laboris hujus particeps fieret, dum piscem ego interiorem, tu exteriorem condire procurares. Sed jam, si quid ab historicarum, quas tanto cum lepore, tanta cum fide scribis, occupationibus oris tibi superfluum hanc nostram inspiciamus.

DE TORPEDINE. CAP. I.

Maximam omnibus admirationem in primis afferre videtur magica propemdem vis in Torpedine considerata, sed nos ea super quid Ægyptii fenserint, enarremus.

MULTORUM ASSERTOR. CAP. II.

Eum qui multos servasset, Ægyptii Sacerdotes per Torpedinem pictam significari instituerant: sive quod opem ferat pisciculis natandi & emergendi adhuc imperitis, eos ad se recipiens, quod præcipue observatum est in sætu proprio, quem & emittit, & intra se recipit, visaque interdum Torpedo est grandis, quæ factus intra se octoginta haberet: sive, ut ipsi Ægyptii tradidere, quod una cum piscibus aliis in verriculo deprehensa, omnes plerumq; sospitet, cum ne vis quidem hominum innumera possit verriculum educere, manibus & pedibus penitus obtorpescentibus: quia venenum quod effundit, per retia dilapsum in funes omnes quantum vis longos ad manus usque piscantium

Plin. li. 9. 51.
Aultr. Mar.
Ibaolus in
Diosc. lib. 2.
c. 15. de Galil.
li. 6. de locu.
scellu &
Pam. l. 31. c. 1.
C. l. 9. c. 42.
C. Arist. lib.
9. c. 38. de
Nat. anim.

Atium irrepit, & universum mox occupat corpus. Quin authores sunt qui pro comperto tradant, Torpedinem hamo captam malum illud suum in lineam transmittere, inde per arundinem, moxq; in piscatoris brachium diffundi, quo protinus obtupestacto, venatio in irritum cedat. Si quando tamen piscibus aliis obvoluta contrahuntur è mari, torporè experti sunt multi quamprimun piscem virga tangere voluerint. Quare in Anconitano mari maxime cavent, ne rete in altum jactant, piscatoribus ea incommoda saepe subeuntibus. Quæ quidem vis torporem infundendi, cum non in appropinquatum tantum corpora, cominusve eam attingentium, verum è longinquo, vel si hasta, vel arundine tentetur, lacertos quantum libet validos cogat obtorpefcere, pedes ad cursum velocissimos alliget, & obtupestaciat, argumentum dedit, ut hominem ignavia egregie præditum per hieroglyphicum ejns indicari commodissime posse plerique dicerent: quodque magis mirum est, pisces etiam quos attigerit, eodem torpore afficit, idque non in pisces tantum, sed in unumquodque animal præstari affirmat Plato, ita de Torpedine in Menone loquens: *ἡ γὰρ αὐτὴ τῶν αἰεὶ πλοσάροντα καὶ ἀπὸ μύρον βαρεῖν ποιεῖ*. Vehemens enim virus illud insuperabili frigore præditum, ubi duriorum aliquam materiam natum fuerit, quippe vel vimen, vel funem, illi pertinacius & copiosus adhaerescit, circumfusumque aëra facilius contaminat, atque ita perreperit: non secus ac flamma ipsa per incensum silum vehementius transmeat, quam si cum torre jactetur. Sic & aqua fluvialis capite uno in eam declinato sensim ascendit, & totum denique madefacit: quod tamen in crassiori elemento sensim atque contanter fit, in aërio quam occyissime fieri contingit.

Torpedinis virus quantum.

DE REMORA. CAP. III.

Admirabilis est & Echeneis, qua nonnulli, ut indicat Aristoteles, utuntur ad judiciorum causas & amatoria veneficia, & quæ non ut Testudinis pes navigiis importatus traditatem navigationis in terra dicitur, sed naves ipsas attacku solo sistere, ac veluti anchora infrænare: unde moræ aliquis in jectæ nascitur hieroglyphicum.

IMPEDIMENTUM. CAP. IV.

Nam ea de causa impedimentum & objectam tardationem per eam significari prodiderunt, quod pisculus is, non majoris fere quam pedalis magnitudinis, Limacis magnæ similis navigia stare cogat, nullo suo labore, non retinendo, neq; alio modo quam adhærendo: infra enim carinæ applicitus pinnis, quas etiam tenues admodum habet, in transversum dilatatis, tantum roboris est ut ruant venti licet, diceret Plinius, & faviant procellæ, imperet furori, ac vires tantas compefcet, quosq; non ulla interdum vincula, non anchoræ pondere irrevocabili factæ præstare queant, quantumlibet magnos ipse parvulus adeo infrænæ impetus & mundi rabiem domet. Echeneidi nomē à tenendis navibus inditum: unde etiam Epigrammaticarii quidam veteres anchoram Echeneida vocitarunt, Latini Remoram dixerunt. Hujus habita impedimenti ratione Plautus ait. *Nam quid illa me tam diutius remorantur remeligenes?* eo enim nomine Remoram appellat. Locū citat Festus ex Patina comœdia.

Hoc à Trebio Nigro Plin. lib. 9. c. 25. Hac omnia que sequuntur sumpta sunt à Plin. lib. 9. c. 25. Εχηνεις απο το εχου βαβου vel εχουει εχουε quod here ut nobis ibid. Plin.

SALUS. CAP. V.

Mutianus Muricem appellat, qui navem à Periandro Gnidum missam cum mandatis, pueri nobiles castrarentur, tandem in medio mari retardavit, donec Principem sceleris pœnituisset, ac alia, quæ decretum abrogarent, mandata prævenissent, remque eo probari testimonio quod ejus piscis concluxit, Veneri Gnidix dicatæ, facti memoriam diutissime propagarint.

PARIUNDI FACILITAS. CAP. VI.

Sunt qui ex pisculo hoc pariundi facilitatem significari dicunt: quod exemptus aquis, saleque duratus, in eum u-



art dolens salbens sum sive leuans.

sum asservetur, ut gravidis alligatus partus facilitate juvet, unde *ἀδινολύοντα*, quasi *ἀδύνα λύνει*, eum appellaverit Græci. Non abs re vero me facturum existimo, si calumniam obiectam Plinio, quod Aristotelem arguerit imperitia sustulero; simulque præstantes hos authores quos librariorum imperitia commisit, conciliavero. Locus est apud Plinium de Remora: *Pedes eum habere arbitratu Aristoteles, ita posita pinnarum similitudine*. Sedenim, apud Aristotelem, unde locus hic de historia animalium libr. 2. cap. 14. desumptus est, non ita habetur, quin eorum is errore arguit, qui pedes eum habere prodiderunt, quibus omnino caret, sed quoniam pinnas habet pedibus similes, hinc ita pedibus instare videatur. Sed cur non ipsa Aristotelis verba ponamus? *Ἰσθίου δὲ ἰχθύου τὸ πᾶν περὶ τῶν ὀκτακτύων καλεῖται πτεροειδῆ. ὁ καλεῖται πτεροειδῆ οὐκ ἔχειν πόδας, ὅσα ἔχουσιν ἅλλα ἰσθία. Ὡς δὲ τὰς πτερυγίας ὁμοίαι ἔχειν ποσὶ.* Sed quoniam impium propemodum esset credere Plinium Aristotelis verba ad verbum pene transferentem, quod præ omnium oculis erat, inficiatum esse aut authorem immerito vellicasse, crediderim ego dictionem Aristotelis subditiitiam & adulteram esse: fuisse tamen in alicujus codicis margine notatam à quopiam, qui Pliniana verba Aristotelis eadem agnoscebat, ut ita lectores admoneret, Plinium ex Aristotele illa decerpisse: postea vero librariorum imperitia intertextam eam locutionem, ut pleraque id genus alia toto opere detrahuntur. Legamus igitur cum Aristotele Plinium conciliantes; *Pedes eum habere nonnulli arbitrantur, cum minime habeat, sed ita videri propter pinnas, quæ sunt pedibus similes*. Cui sententiæ me, ipso, unumquemque peritum virum procliviter accessurum.

Conciliatio
Plinii cum
Aristotele.

Magnanimum
Emmagnum
morbum
comitialium.

DE ANTHIA. CAP. VII.

Plutarchus eo libello quo diserit, utrum aquatica, an terrestria animalia magis prudentia essent, quem piscem Homerus *ἱερὸν*, id est, Sacrum appellavit, Anthiam esse videtur opinari. Eustathius tamen *ἱερὸν*, magnum interpretatur, ut *ἱερὸν ἰσθίου*, & *ἱερὸν Ἰππληλίου*, cui Athenæus etiam accedit. Alii *ἀφρονὴ καὶ ἱερὸν*, hoc est, emeritum exponunt, veluti sacrum Bovem dicimus, quia à jugo in posterum dimissus. Cæterum Homerus eo versu qui legitur, *ἰ. π.*

ἰς ὄπιθε Φοῖς

In procurente ut quisquam

Πέτρῃ δὲ πρὸς ἑλῆλι καθήλωθ' ἱερὸν ἰσθίου

Cauti sedens salso sacrum de gurgite piscem

Ἐκ πόνθιο θύραζε λιῶ καὶ οἶνο π γαλκῶ

Extrahit aratis hamis, linosq; prehensum,

sacrum ideo piscem appellasse videtur, quod maritima omnia fuerint antiquitus sacra, & piscari religiofum esset: veluti Ulyssis focii non nisi magna fame coacti ad piscationem confugiunt: ita enim Homerus,

Ἄλλ' ὅτι δὴ πρὸς γ' ἐξέφθη ἡία πάντα,

Sed postquam in ratibus penus est exhansta maris

καὶ δὴ ἀζελω ἐφέπεπον ἀλητιόντες ἀνάγκη

Quarere venatu visum coguntur iniquum,

Ἰχθύς ὀρνίθας π Φίλας, ὁ, τιχεῖρας ἰκοίθ

Piscesq; volucresq; manus quo incidere posses,

Ἰναμπλοῖς ἀγκύρισιον, ἐτείρε ἦ γαστήρ λιμός.

Incurvis captant hamis, vis namq; adgehæi

Imperiosa famis.

Huc & Theocritum citant Berenice, Leucum piscem appellasse Sacrum. Eratosthenes putat Cleophrin potius Sacrum appellari, & hoc ajunt sentire Galatea Callimachum. Theocritianus piscator aureum, quem cepisse somniaverat, piscem Neptuno charissimum esse religiosissime veretur. Sed multi Elopem, nonnulli Pompilum dicunt. Et Delphinum etiam Sacrum volunt. Plinius Planos omnes sacros existimari autumat. Utcumque tamen authores aliis atque aliis taveant, bona eorum pars in Anthiam consentiunt, rarum inventu piscem, frequentiore tamen circa Pamphiliam, de quo habito raritatis ratione dixerit Martialis Epigrammaticarius:

Ad palatinas acipenser a mittite mensas,

Ambrosius ornent muncna mea dapes.

Quem sane inter selectiores cibos ponit M. Tullius Tusculanis, neque non libro *De sinitibus bonorum & malorum*. Neque sum nescius, qui reperitur in Arethusa fonte, alium forma esse, & alia de causa sacrum. Cur vero tam multa super Anthia quaerimus, ea fuit causa, quod hieroglyphicum ejus significa-

Et in Chelidonio insula, Plin. l. 9. e. 59.

men accidit in stagnis Venetis: noctu enim eos potissimum capiunt, incensa igne fornacula, quam in cymbula prora statuunt. Eam dua, vel interdum plures cymbæ à dextera leuaq; adherentes, leuicacitoque lapsu comitantur. Cephalitum sive metu percussis vibrantibus in aquarum ima radiis, sive candicante eo splendore allecti (nam cura est ut illustris admodum flamma succendatur) pernici saltu Delphinorum in morem extra undas sese qua flamma micat ejaculantur, atque ita sponte in paratas ad id cymbas decidunt: captura ingenti ad fatietatem plerumque exuperante, spectaculo autem maxime delectabili.

DE SCARO.

PRUDENS CAPTIVITATIS DECLINATOR. CAP. XII.

*A Plin. lib.
12. c. 2.*

AT magna est prudentia Scarus, per quem callidum captivitatibus declinatorem significari tradunt. Is enim, inquit Ovidius eo volumine quod Halieuticon inscribitur (quod opus olim à Nigillo elucubratum ajunt) si nassis inclusus fuerit, non fronte erumpi, nec infestis viminibus caput inferi. Apud Ælianum legas, eum simulac caudam extra nassam protulerit, à fociis mordicus apprehensa cauda foras extrahi: si vero protulerit caput, adesse qui cauda sua porrecta ansam effugiendi præbeat.

INGLUVIOSUS. CAP. XIII.

*Idem &
Plin. l. 9.
c. 17.*

Hominem voracem & ingluviosum, lamia quippe laborantem, ait Horus, per Scarum piscium intelligebant, tam quia solus in genere ruminet, quam etiam, quia obvios quosque pisciculos depascitur. Aristoteles quoque solum hunc inter pisces quadrupedum ritu ruminare creditum autumat, diversaque omnino alii specie ventri esse, cujus intestinum simplex etiam se replicat, & in unum continuumque resolvitur. Assimilatur is Auratis specie squamarum, sed colore atque sapore præstat, ut qui Sapphiri gemmæ radiolos imitetur, tantæ apud veteres existimationi, ut Ennius, cum Jovis cerebrum appellaret. Eum autem ideo ruminare ajunt, quod dentes neque ferratos, neque utriusque confertos habeat, sed altera tantum oris parte planos. Nam & animalia reliqua quæ ruminant, parte altera dentium carent: provisumque à natura, ut quod male mansum est, ea repetitione ne conteratur, atque ita confici possit.

DE MULLO.

DIANA LUCINA. CAP. XIV.

Mullus vulgo barbent sicut à barba gemina. Idecq; piscatorib. præstat nomine Trigla teste Apollonida.

ET Diana illa sylvicultris marino culta simulacro est: nam ea per Mullum piscem, quæ Græcis omnino Trigla est, exprimebatur, alienissimo, ut multis videtur, hieroglyphico. Causam partus Eustathius, quod piscis hujusmodi ter, ut Poeta Cilix ait, anno pariat. Dianam vero levandis partibus invocari, Lucinæ nomen indicat: ea siquidem, ut apud Catullum, Lucina dolentibus, Juno dicta puerperis. Merito itaque cui sit ter anno solvendi partus facultas data, Diana gratum, & cumprius familiare animal existimatur. Nam quod tria sint virginis ora Dianæ, quid sibi velit, alibi declapatum. Athenæus Triglam Dianæ dicari propter venationem putat: illæ enim marinos lepores hominibus lethales, perinde ac terrestres hos venatici Canes insectantur, neque ab eorum viru maniquicquam patiuntur, vel ob impediendæ Veneris vim, quam ferunt inesse vino, in quo suffocata fuerit, quod Therpsicles apud Athenæum ait epotum vino Veneris usum adimere, mulieri concipiendæ facultatem invidere.

DE SARGO.

ALIENI LABORIS FRUCTUS. CAP. XV.

Hominem ex aliorum laboribus sibi fructum & gloriam usurpantem, & alienam, ut ita dicam, messem demetentem, significare qui volunt, Sargum & Mullum pingunt: sequitur enim Sargi reliquias

A reliquias Mullus, atque ubi ille luto excitato abierit (fodere enim potest) Mullus descendit & pascitur. Nascitur Sargus in Ægyptio mari fere, unde Lucilius:

Quem præclarus Elops, quem Ægypto Sargus movebit.

Sedenim Brundisium maxime commendat Ennius.

DE PASTINACA.

PARRICIDÆ SUPPLICIUM. CAP. XVI.

Um qui parricidii poenas dederit, significare si vellent Ægyptii, piscatorium hamum Pastinacam piscem attrahentem pingebant: ea siquidem venatu detenta, spina quam in cauda gestat, in raptorem ejaculatur, ictu maxime lethali, nisi coagulo Leporis, vel Hædi, Agni drachmæ pondere ex vino, succurratur, quod & hujusmodi, & aliorum marinorum ictibus præsentaneo est remedio. Hoc vero *πύργου* dictum ea de causa opportunum fuerit, quod cujuscumque incommodi remedia, *πύργου* passa sunt, ut vulgus ait, palma ubique proferenda. Est vero Pastinaca, quem Græci *πύργου* vocant. Eam aculeo vim inesse tradit Ælianus, ut si quis eo frondentem arborem pupugerit, haut ita multo post folia omnia decidant, arborque velut magnis solis ardoribus exsiccata prorsus exarescat.

Plin. id. l. 9.

c. 48 & c. 42

Extant alla

remedia a-

na d. Mat-

tholum in

Dioscori-

dem lib. 6.

c. 45

DE NEBRIADE.

VORACITAS INSATIABILIS. CAP. XVII.

Hominem cibum immodice sumptum evomentem, ac nihilo secius insatiabiliter mox crapulantem significaturi, marinam Mustelam pingebant, quæ Nebrias est nonnullis: ea enim ore, ut Ægyptius interpres Horus ait, parit, innatansque mox quæ pepererat convenatur, atque depascitur. Sepias itidem ac lolligines ore parere sunt qui velint, id redarguit Aristoteles, partus foveri ore dicens, & emitti, propterea que putari eas ore parere.

DE FUCA.

VORACITAS INSATIABILIS. CAP. XVIII.

Domesticæ rei studiosum hominem qui significarent, Fucam pisciculum, his similem quas vulgo Tincas appellamus, sed colore subviridi, pingebant: ea enim sola ex marinis piscibus nidum sibi construit, & in fragula parit.

DE RAI A.

CAPTATOR. CAP. XIX.

Captatorem hominem notare si vellent, Rajam pingebant: gestat enim illa ante oculos suos gemina fila, in capilli speciem, extrema quorum rotundis quibusdam præpilantur quasi escæ causa adlitis his ea, ubi locis arenosis aut sæculentis obturbato solo se absconderit, piscatur, attollens fila illa sibi præpendentia. Dum enim pisciculi occurrunt, & capita machinamenti pensilis pulfant, ipsa sensim fila subducens eos allicit, donec ad os admoveat, atque ita repente corripiat. Sepia quoque hoc eodem utitur machinamento, in Cancris alliciendis, quorum avidissima est.

DE SCOLOPENDRA.

ANIMUS A VITIIS DEPURGATUS. CAP. XX.

Hominem qui animum suum a vitiis affectibusve cruciabilibus depurget, quæque se lædant, excimat & expellat, significare si vellent, Scolopendram effigiabant: eam nonnulli Centipedam vocant, *Terrestres quidem; at sive marina.*

ex Plin. Ea-
dem Plin.
lib. 9. c. 15.

vocant. Ea autem ubi hamo deprehensa fuerit, quam longissime potest sese exporrigens, hami lineam abrodit, quo devorato, interiora sua foras evomit, donec hamum ejiciat, dein recipit intro, ac valet ea qua prius salubritate.

DE PHOLL

PARTO FRUENS. CAP. XXI.

Hominem iis quæ sudore proprio compararit fruentem indicaturi, Pholim piscem pingebant. Ea enim mucorem quem ipsa emittit ad altam crassitiem sibi obducit, ut tota visco delibata videatur: ita ut in eo quasi cubili conquiescat, unde illi nomen: *Φολέου* enim nidificare est. Videndum verò, an hæc sit Aufoniana Tinca ita passim hodie nuncupata, quam natura ipsa videtur in vulgi pauperisque plebeculæ solatium protulisse.

DE SQUATINA.

FABER LIGNARIUS. CAP. XXII.

Serra ex
Squatina.

ET Squatina meruit inter huiusmodi significata recenseri, per quam fabrum lignarium intelligi volebant. Est enim piscis tam aspera, scabræque ac validæ cutis, ut ebur ea, neque non signa quantumlibet dura, poliantur. Nam ex mari fabriles quoque usus veniunt, ut omittamus fabrilis instrumenta omnia in hujus piscis capite deprehensa. Quin & ferram conficere didicimus ex hujus piscis osse ita crebro mucronato, qualis longa annorum serie suspensa fuit tholo ante DD. Petri & Pauli conditorium, priusquam à Julio II. illa venerandæ antiquitatis monumenta solo æquarentur, jactis mox tam ingentis machinæ fundamentis, quam neque *Natiatorum*, nec qui nascuntur ab *ipsis*, ullo unquam tempore conspexuri sunt.

DE CLUPEA.

LUNARE CORPUS. CAP. XXIII.

IN Arari Galliæ fluvio piscis est, quem vocant Clupeam, Veneti Chieppam, Romani Lacciam. Sed quantum Romæ carnis & mollitudine & bonitate præstat, tantum apud Venetos vilius, plebeiusque habetur: ut qui in ejusmodi stagnis minime pinguescat, spinarum vero multitudine atque densitate fastidio sit. Sed utcumq; apud nos sit, in eo Galliæ fluvio ita Lunæ naturam imitatur, ut ea crescente candescat decrescendo vero nigrescat. Accidit vero ei, ut cum corpus nimium auctum fuerit, spinæ quoque, quæ per universam carnem continuatis quibusdam ordinibus porriguntur, & ipsæ quoque ad crescant, adeoque extendantur, ut animal id interimant, quod in mirabilibus Italicis tradit Heliodorus. Qui quidam piscis si Ægyptiis innotuisset, nimirum Lunæ eum hieroglyphicum possuissent. Ajunt etiam in ejus capite lapidem grano salis similem, qui faciat ad quartanas.

DE APUA. CAP. XXIV.

Plin. l. 31. c. 2.
Pluata.

Est pisciculorum gens quod ex sola pluvia procreatur, Apuam Latini vocant, aspiratione Græci vocabuli repudiata: *αψύλλω* enim illi *αψύλλω* eam dicunt. Ligustica Tyrrenaque omnis ora, cum plurimum, p, literam in ch, vertat, vulgo Anchuam vocitat, n, etiam litera ad incitationem primæ syllabæ sonum adjecta. Sunt qui has in haecularum genere connumerent.

FESTINANTIA. CAP. XXV.

Aphya si-
dit ignem,
l. 2. Hippo.

Erat is pisciculus festinantia signum; nam ubi vel minimum concaluerit, coctus est, unde adagium, *Ad ignem Apud*, cum quid celerrime factum, vel ipso temporis momento significamus, de quo in Augusto apud Tranquillum, Et proverbio dictum *αἰθερὸς πύρ αψύλλω*, quasi satis sit ad ejus cocturam spectante

A spectasse tantum ignem. Hanc Veneri sacram ait Athenæus, quam Stilpon Philosophus Megarensis Neptuno cum immolasset, promeruit ut ea civitas magno Apuarum proventu fuerit à Deo locupletata.

DE HIRUDINE. CAP. XXVI.

Hirudo quoque aquaticum animal, cujus plurimus in medendo usus, significata quædam habet hieroglyphica.

SANGVINARIUS. CAP. XXVII.

CRudelissimum siquidem hominem, & humani cruoris avidissimum, per eam significari notus est, quam adnotare oportet. Et Cimeta apud Theocritum, Pharmaceutria, quam Poëta transtulit ex Euphorionis Mimis, non aliter ab Amore sibi sanguinem exuctum lamentatur, quam si limosa Hirudo corpori suo applicata fuisset:

Αὐτὸς ἄνεως ἀνιάρη πύρρῳ μέλαις ἐκ γροθῆς αἵμα
Ἐμφύδης, ὡς λιμναῖος ἀπὸς ἐκδεδῆδα πέπυκας.
Heu crudelis amor, nostro saturate cruore,
Summa affixa cui velut hunc suxisset Hirudo.

INSATIABILITAS. CAP. XXVIII.

VERum ea etiam insatiabilitatis est signum, quandoquidem ad factum admota non prius ab opere defisit, quam tota sit supra modum sanguine tumefacta, quod ita expressit Horatius:

Non missura cutem nisi plena cruoris Hirudo.

In fine de
art. post.

DE LEPORE MARINO.

MINIMA DE CAUSA EXANIMATUS: VEL DAMNA MUTUA.

CAP. XXIX.

QUI marinum Leporem pingunt humano tactum digito, mihi videntur significare voluisse, vel hominem minima de causa exanimatum: quandoquidem ferunt eum, qui non modo digito, verum etiam virga Leporem marinam attigerit, quam primum eum exanimascere, & nisi promptuarium sit remedium, etiam mori. Vel mutua damna ex eadem pictura libet interpretari: nam hieroglyphicum hoc apud veteres non inveni: quia humanus tactus Lepori etiam est exitialis, in Indico præsertim mari, ut à Licinio Macro traditum ait Plin. Ita nusquam non mollis Lepus. Nam & per Ruricolam, mollitiem quamdam effœminatam intelligi suo loco diximus inter quadrupedes, tum ob timiditatem, tum ob pulpamenti copiam, quorum utrunque fœminarum proprium, cum audacia virilis omnino sit. Caro enim pars fœminea dicitur. Neque postremi nominis Philosophi sunt, qui ossa à mare, carnem à fœmina procreari velint, & ad embrii coagulationem utriusque concurrere genituram. Facit præterea ad effœminationis significatum, quod Hippon Philosophus ex fœminibus tenuibus magis fœminas, ex densioribus mares fieri contendit: quod tamen eorum dissertationi relinquimus, qui naturæ secreta altius rimantur. Nam cum sint, qui totam hanc fabricam ex mare constare dicunt, neque fœminam præter fomentum quicquam aliud conferre de suo. Anaxagoras tamen, Parmenides, Empedocles & Epicurus, aliquid etiam ex parte matris ad generationem accedere asseruerunt: præcipue vero Alcæon, sed, ut Censorinus ait, is non definite se scire confessus est, ratus neminem posse perspicere.

De die nat.
c. 4.

SPONGIA. CAP. XXX.

SED cur Spongiam prætereamus, quæ & ipsa inter aquatica enumeratur animalia: utpote quæ refugiat ad tactum, seque in angustum colligat? Utrumque vero, sua hæc habet hieroglyphica.

Vulgatissimum enim est, naturæ bibacioris hominem per Spongiam significari, ea quæ omnibus in promptu est causa, attactu solo tantum humoris exugendi. Quo accedit festivum vulgi dicitur in Vespasianum jactari solitum, quod dicitur eum procuratoribus pro Spongiis uti, quod quasi secos madefaceret, & exprimeret humentes. Credebatur enim procuratorem rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria promovere, quo locupletiores mox condemnaret, atque ita ille eorum rapto frueretur. Quod vero scriptores hic *Secos* pro *Pauperes* ponunt, cum Horatiana facit elocutione, ut in Epistolis:

Suetonius
in Vespas.
c. 16.

Lib. 1. epist.
17.

Sin prodesse tuis, pauloque benignius ipsum

Te trahere voles, accedes sicus ad unctum.

quippe, ut palam est, pauper ad locupletem.

ABOLITUS. CAP. XXXI.

Ab Augusti tempore receptum est, ut pro abolitione Spongia capiatur, ex quo ille Ajacem sumum, quam tragediam penitus aboleverat, in Spongiam incubuisse respondit, ad ense alludens, in quem Ajax sponte sua incubuerat.

Sueton. in
August. c.
45.

MOLLITIES. CAP. XXXII.

Alii mollitiem etiam per Spongiam significari voluerunt, de quo Plutarchus opusculo eo, quo docet, qua ratione internoscere adulatorem ab amico possimus, Comici, cuius non ponit nomen dicitur citat, *ὄχι μὴ πρὶ ἴσῳ ἀπογγιάζῃ μαλακώτερον πρὸς ὄπισθον*, Nisi corpus spongia mollium reddiderit, de verberibus loquens, quibus eum cædendum interminabatur.

DE GLANI. CAP. XXXIII.

De Glani
Plin. l. 9.
c. 43.

Verum age inter minutos hos proceriorem unum aut alterum inferamus: ut ita pisciculorum, qui præmissi sunt, sordes emundentur.

PATERNA DILIGENTIA IN FILIIS EDUCANDIS.

CAP. XXXIV.

Plin. hoc
offici. tribuit
Siluro, lib.
9. c. 51.
Glanis di-
ligentia in
filiis edu-
candis.

Paternam in filiis educandis diligentiam, eamque accuratissimam exprimere si vellent, piscem Glanim pingere instituerant. Ova enim is quæ scemina desituerit, perseveranti custodia tutatur ad quadragimum & quinquagesimum usque diem, ab iis denique non abscedit, donec ita coalescat soboles, ut ab reliquorum piscium injuria se tueri valeat. Tantumque ejus affectum esse ferunt, ut dum ova deferere minime patitur, a piscatoribus ea trahentibus in vada facillime capiatur, tam ardenti animo, tamque pertinaci studio apud illa permanere contendit. Hæc Ælianus, qui Glanim etiam Siluri speciem similitudinemque habere dicit.

DE SILURO. CAP. XXXV.

Plin. l. 9. c.
15.

A. Suet.

Est vero Silurus, ut veteres omnes authores tradunt, bestia malefica, quæ, ut inquit Plin. & homines & Equos devoret. Sed & Glanim Pausanias ait hominum esse devoratorum. Nequaquam vero Sturio esse potest, neque Glanis, neque Silurus, cum minime fera esse possit Sturionis natura, tam molli delicatoque ore prædita, quæ sive ex porculetis in eam evadat magnitudinem, sive alterum sit genus, *ὄχι μὴ ὄχι* pisci nomen *ὄχι* apud Athenæum, atque is inter grandiores. Idem vero author, & Porcos, & Siluros inter Nili pisces enumerat. Et Hispania omnis Sturionem Sulium vocat, literis transpositis, quasi velint Suilum dicere, hoc est, Hycam. Sunt quidem in Danubio Siluri celebres, sed non minus Hycæ, quæ de re aliquid dicit Hermolaus, sed hæc alii viderint.

DE

DE THUNNO. CAP. XXXVI.

DE Thunno, cujus usus tam recentis, quam sale durati, frequentissimus per univ^{er}sum terrarum orbem est, cum nullo non in littore capiatur, nihil aliud inveni quod hieroglyphicis inferi possit, nisi vel strabonem vel limis oculis prospectantem, ex eo significari.

LIMI OCULI. CAP. XXXVII.

Lævo enim ille oculo plus cernit, utroq; hebetè: quare Byzantii frequentissima est eorum captu^{ra}. ^{Imò dextris.} ^{ex Plin. l. 9.} ^{c. 15.} ^{ra, quo tempore transfretant, quia micantissimi lapidis, qui ab imo freti lucet, fulgore percussus, in sinum qui ab lava est, numerosissimo diffugiunt cœtu. Apud Æschilum legas, in sinistrum oculum introquere Thynni more. Sed hoc pertinet ad proverbialia.}

**JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXXI.**

**DE IIS QUÆ PER PISCEM IN UNIVERSUM
SIGNIFICANTUR, DEQUE MARI
MOX COPIOSE,**

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD MAXIME REVERENDUM COSMAM GERIUM.

Superiori anno, cum te & amicos alios Patavii Philosophantes invissem, deque vestris & nostris studiis (si modo mea in ullo studiorum genere censeri possunt) multa contulissetis, quibus explicando scripta ego nescio que mea vobis legenda proposuisset: animadverti, Cosma studiosissime, pro tuo erga me amore, magna te affectum latuita, quod eum quem sciebas per longa temporum intervalla multis & invisis occupationibus à literarum studiis avocatum, audentem tamen inspiceres de literis aliquid reminisci, proindeque veluti Entellum aliquem, cui jam gelidus tardante senecta sanguis belesceret, in certamen accenderes & excitarès, orare discedentem me cepisti, ut istiusmodi generis scripta sepius ad te legenda transmitterem. Ego tamen es si te nostris nihil indigere existimabam, quem uniuscujusq; doctrina præceptis & institutis abundare oportere persuasum habebam, qui apud eruditissimum Romulum Amaseum tota educatus adolescentia, nunc Bonamicum, Lampridium, & alios istic habeas, à quibus veluti ab oculo, tuis omnibus satisfieri cogitationibus potest, neque me quicquam tam reconditum, tam rurum de Musarum arcanis afferre posse, quod illis & tibi, qui eos audis, non longe sit exploratum, quam ego per interrupta rotiens literarum studia potuerim observare: constitui tamen aliquid ad te mittere, quod mea in te observantia signum & monumentum esset, id præcipue delegi, quod si non doctrina, certè ipsa rerum varietate delectare posset. Nam cum piscium quasdam species ex hieroglyphicis decerptas, & tui & mei amici quidam accepissent, superat adhuc de piscibus in univ^{er}sum, quid veteres illi Sacerdotes Ægyptii sensissent, dicere. Id commentarium adhuc à nemine occupatum veluti τηλυετης vidè apud me diligentius asservabatur quod tibi dedicandum existimavi. Tu quidquid id fuerit pro tua comitate hilariter suscipias velim. Videbis vero hic quanta fuerit abominationis apud Ægyptios Piscis, quem nos tanto mox honore prosecuti sumus, quantum inter mortales super eo sit uniuscujusq; fere nationis iudicio variatum. Sed ne tam longa morer epistola, rem ipsam hinc auspicabimur.